

N^o 211
w

76
Zur

Schnaase von Luisbibliothek

3 in Danzig

23634 //

~~Hist. 3278.~~

K. B.
N^o 103

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.
- 7.
- 8.

1. Accurate Nachricht von der Russisch n. sächsischen Bela-
ger - n. Bombardirung der Stadt Danzig. Cöln 1735
[Autoury: Georg Daniel Seyler i Peter Georg Schultze]
2. Aufrechtige Erzählung wie es mit der Wahl Stanislaus
Leszczyński und Frederici Augusti zugegangen. [1735]
3. Pacta conventa zwischen ... Stanislaus I ... und den Stäu-
den der Republique Pohlen - Danzig 1733
4. [Stanislaus Leszczyński, Polonae Rex] Lettre du Roy ... à
un de ses amis, contenant les veritables circonstances de sa
retraite de Danzig. 1734.
5. Brieff eines Pasten, in welchem die Schrift ... Respons Anony,
mi do paonego Prymarcela x Jzaiisku bezdcego ... wiederleget. [1735]
6. Der andere Brieff eines Pasten, in welchem die Schrift ... Res,
pons na manifest Krzyscia Smci Prymasa ... wiederleget wird [1735]
7. Send-schreiben eines Polischen von Adel an einen ... Freund
v. d. a. 1733 ... Rgl. Polischen Wahl ... [1735]
8. Einmüthiger Schluss ... welchen die ... aus dem Senatoren-
und Ritter-Stande zur Seite geordnete ... Rätthe am 10 Febr.
1734 in Danzig beliebt haben. [1735]

9. Confederation der Sandomirischen Woywodschafft,
vor die Vertheidigung des cathol. Glaubens, der freyen
Wahl u. der kgl. Würde Stanislai I. --- [1735]
10. Sentiment der polnischen Nation ... dem russ.
u. cosack. Geschlechte zur Ueberlegung communiciret ... [1735]
11. Fides indubitata omnium Ordinum Regni ad Kamion,
nam probata. Electionem --- Electoris Saxoniae ---
factam. [1735]
12. Fides indubitata contra Fidem ad Kamionnam ... in
licentiosam Elect. Sax. pro Rege Pol. seductionem post
religiosam Stanislai I. --- proclamationem ... [1735]
13. De prospera Regis Poloniae a. 1733 electione Equitis
Poloni ad amicum confidentem epistola --- [1735]
14. Copia litterarum cuiusdam Equitis Poloni ad ... Electo-
rem Saxoniae --- [1735]
15. Apologia malitiose vexati honoris Primatis Regni
--- per literas Principis Eugenii ad Vesirium --- [1735]
16. Rede der Deputirten der Stadt Sautzig ... an J. Rus,
Hoch Kay. M. --- Sautzig 1734.

17. Bewegungs-Gründe der Kgl. Entschliessungen oder gründliches Verzeichniß der Ursachen welche J. K. M. von Frauch, nach zuden Waffen zu greiffen bewegen --- [1735]
18. [Stauislaus I Leszczyński, Poloniae Rex] Der wahre Glück- und Unglücks-Spiegel des Königes --- [1734]
19. Kurtze Relation von der Krohnung Stauislai I. -- und dessen Gemahlin -- in Warschau -- am 4 Oct. 1705. -- 1733.
20. Die innigste Freude der Stadt Danzig und deren Einwohner über die hohe Gegenwart Stauislai I. -- Danzig 1733.
21. An dem hohen Geburtst-licht Stauislai I. -- durch einen Prologum -- sich præsentiren -- anwesende Troupe hochteutscher Comedianten --- [1733]
22. Copia der Kriegs-Declaration des Königs von Frauch, reich wider den Kayser von 10. Oct. 1733. --- 1733.
23. Engelcke Jakob, Das auf der Goetter-Assemblee wohl-ausgesprochene Lob- und Ehren-Urtheil über die Kauf- und Handels-Männer -- in Danzig. Danzig 1734
24. Lengnich Gottfried, Augusti Optimi Regis Poloniae ... d. 1. Febr. salutis publicae erepti memoria Urbis

so. Parnoc
jt


Princedu


Senatus d. 5. Mart. --- oratione celebrare
iuravit --- [1733]

25. Lengnich Gottfried, Augusti II Regis Polonae...
indulgentiam Senatus iussu oratione celebravit...
Gebani [1733].

1. Dignissima oratio in obitu Regis Stanislaei. i. Frid. Augusti Regemur.
2. Pacta Convicta Regum Stanislaei. anno, i. Inno. Joh. i. Lethau. Prussia.
3. Oratio Stanislaei d. in Elusandem prima Retirade sub Dantzig.
4. Inno. Augusti in obitu Regis Stanislaei in Elusandem prima Retirade.
5. Oratio Stanislaei d. in Elusandem d. 1733 Regemur Stanislaei Regemur.
6. Inno. Augusti d. in Senatibus Consilio in Dantzig d. 1734 gestum.
7. Pseudonyma Confederatione des Stanislaei.
8. Eusdem - - - Sentiment d. in Russen i. Cosacem ubi gestum.
9. Fides indubitata Omnium Ordinum Regni ad Stanislaei probata.
10. Fides indubitata contra Fidem ad Stanislaei.
11. Epistola Equitis Poloni de Electione prospera Stanislaei d.
12. Apologia vexati honoris Celsissimi Principis Leonatis Poloniae.
13. Oratio in Dantzig d. in Dantzig d. in Dantzig d. in Dantzig d.
14. Inno. Augusti d. in Dantzig d. in Dantzig d. in Dantzig d.
15. Oratio in Dantzig d. in Dantzig d. in Dantzig d. in Dantzig d.
16. Oratio in Dantzig d. in Dantzig d. in Dantzig d. in Dantzig d.
17. Oratio in Dantzig d. in Dantzig d. in Dantzig d. in Dantzig d.
18. Prologus der Comedianten in d. in Dantzig d. in Dantzig d.
19. Oratio in Dantzig d. in Dantzig d. in Dantzig d. in Dantzig d.
20. ~~Inno. Augusti d. in Dantzig d. in Dantzig d. in Dantzig d.~~
21. Augusti M. Indulgentia Oratione celebrata.
22. Oratio in Dantzig d. in Dantzig d. in Dantzig d. in Dantzig d.

NB. In Num. 22 muss im Titel selbst folgende Num. 10 u. 19 gestrichet werden.







1
to
ag

FIDES INDUBITATA
CONTRA FIDEM

ad Kamionnam
ceū

*Ad Lapidem offensionis Lapsa
Scandalorum Petra*

Quinimo

Malvolentium Reipublicæ Spelunca

In Licentiosam

SERENISSIMI
ELECTORIS SAXONIÆ

pro Rege Poloniæ seductionem

Congregatorum

post Religiosissimam

SERENISSIMI
STANISLAI PRIMI

Poloniarum Regis

ab omnibus Ordinibus Regni

PROCLAMATIONEM

Exposita

Suis in Terminis, Scripto quodam, sub Titulo

FIDES INDUBITATA

Traditis
Reprobanda

1733.

Gedani,

In Commune bonum

Claudianus.



Diffide! quisquis voles! Ille eris, qui Fidei Infidus es.
Magnum Stratagemma Rerum; Lector orbis attende.
Utra præludit melior! judica, & cerne. Procul Calami
Vanitas: Traditum assumo Chaos, habes exordium ab Exordio.

Neminem veræ Patriæ & Libertatis amantem latere arbitror; Electionem Serenissimi Principis Electoris Saxonix, per-
vicaci studio, & licentioso effrenatorum conatu, sumi in Regem
Polonix. *Sistite pro modulo Leges!* Fidem Exleges temerant. *Vi-
de orbis Acephalos!* pauci insaniant. *Confœderatam in se detonant
Rempublicam!* Numerâ Vernaculos. *Septemtrio animat Bubones.*
Jam satis dixisse crederem; nisi Confœderatorum affectatam glo-
riam; Confœderationem solitam naturam; vellem magis pro pa-
landam arbitriis. Faxint Superi! nullam Polonix attigisse quan-
doque, aut quæ, & qualis attigit? discite cuncti, erubescite ad-
verfi. *Confœderantium* sese Genus, aut pro Libertate assive-
tum, aut pro exvinculatione contra Regem. *Rebellantium* vel
protinus sese avellentium! aut pro Libertinitate, aut pervicacia.
Explano Electionum toties in Polonia practatarum modos. U-
nus Idemque Electoralis Campus, Volentibus & Nolentibus pro-
patulum est. Compar aequalitati aut quærendæ potioritati
pondus. Nobilium animorum dissonitas; non hostilium; Par-
tium, non Artium; *Recens* (ut antiqua finam) Serenissimi Au-
gusti II. probat hoc in Thronum assumptio. Multorum illic
Turba: non mutilorum. Palatinatum, non Palatinorum;
Respublica divisa, non læsa. Hocce idem tempus divisis, &
continuata in Rem partium sollicitudo! Quæso inde; *Pragen-
sum*, eandem ne rerum Palinodiam? Ad Kamionnam post Vistu-
lam; tempore elapso: non continuata cura: quid ultra! Di-
sperio Ipsorummet ac dismembratio: Et nisi Russienses adven-
turi forent! certe non colligendorum unquam? Si *Confœdera-
torum* cupiunt Nomen? ut quid secesserint? ut quid temporis
spatio (de quo Infra) invigilandum omnino & magni duxerant!
Natura parium, extra tempora semper. Si Primas eis nullus,
Licen-

Licentia his omnis. Ut quid fatagendum erat trajecisse Vistulam? Confœderatis nulla via inuia. Omnis arena talibus *Wola est.* † *Plaudite* propemodum Trivolo Confœderati? planctus ille rerum, contra vos semper: Fœdus vestrum fœtus est, abortus Embrio

Hæc sic breviter:

Sed Leges proponis scriptor, potius earundem Convulsor. Herculem Gallicanum evomis? bene est: time Hydra. Ad utrumque, si non fortiorem, certius tamen religiosiorem en porrigo manum.

Confœderationem Generalem Regni Varfaviensem anni præsentis 27. Aprilis expeditam, tuis prodesse inhias suggestibus, ac si eam prope & optime ad Serenissimi Principis Saxonie Electionem prolusuram! bella nota: Videat Orbis genuinam ejus Gemmam, en ecce hæc ipsa in Te, Macedoniensis Sagitta, Oculum rediens effosura.

Ad imum. Art. 10. fol. 2. *Pro Firmamento & perennaturo in posterum Fundamento publicznego Szczęścia, Zakładamy sobie, y przy tey Generalney Konfœderacyi poprzy sięzoney. Fide, honore, & conscientiiis obowiazuiemy się, ze przyszłego Krola Jmsci P. N. prawdziwego Natione Polaka, y Rzymskiego Katolika ex Utrisque Parentibus Orthodoxæ Fidei Urodzonego obierzemy.*

Pro Firmamento & perennaturo in Posteritatem monumento publicæ felicitatis pollicemur, ac circa hanc conjuratam Generalem Confœderationem nostram Fide, honore, & Conscientiis Nostris spondemus, Nos futurum Regem Dominum nostrum, verum Natione Polonum, & Romano-Catholicum ex Utrisque Parentibus Orthodoxæ Fidei natum electuros fore.

Re-

† *Loeus Electionis Regum Legibus privilegiatus sic appellatus: Inter Varfavianam & Wolam.*

Respice Verborum Truncator ? Regem *verum* NATIO-
NE *Polonum* demonstratum, Indigitatum. Ex *utrisque Parenti-*
bus Orthodoxæ Fidei : id est *Polonæ* : quia Orthodoxitas ab *Ur-*
bano VIII. Maximo Pontifice Romano, ita est annexa Polonis, uti
aliis Christianismus, Catholicismus.

Ibidem fol. 3. *Zadnych Panstw Prowincyi Dziedzicznych*
y woysk swoich za Granicami Krajow naszych niemajacego.

Nulla Dominia, hereditarias Provincias & Exercitus
Suos ultra Limites Ditionum Nostrarum non habentem :

Ecce ! *quis ille est !* ex *Utroque* habes : Grates magnæ :
Speciem Auxiliarium pro recuperandis avulsis, cum pilulis de-
aurari : Novimus hæc arma : Non Turci, non Getæ graviores
hostibus, parce vulneribus ; Æterna hæc ora sunt.

Ibidem : *Innych zas etiam Indygenatem Zaszczycajacych*
się, nominowac, promulgowac, do Tronu promowowac nie bę-
dziemy.

Alios autem, etiam Indigenatu se se tuentes, nominandos,
promulgandos, ad Thronum promovendos ullo modo nolle nos
volumus

Multa hinc : Sed ad hæc Duo : *Verum Natione Polonum :*
ex *Utrisque Parentibus* : (de hoc superius) *Orthodoxæ Fidei* na-
tum, & *Romano Catholicum.*

Resp. Relligio Relligioni non obest : Sed jurata nostra
Relligio multum obstat. (de hac inferius) ad *Verum Natione*
Polonum cum Indigenatu etiam : nunc tendamus.

Indigenatum nunc finis & taces ; (olim Tibi maxime arro-
gatum), tanquam expresse præclusum Vocabulo. *Verò autem*
Polono

Polono per diversionem minus probabiliorem quasi facile allufurus, sæculorum cogis Centuriam Serenissimum Fridericum Augustum, Principem Electorem Saxonix Jagiellonicas per Rivulos 12. in Venas omnino detorrentem probaturam.

Fastus aut astus ille Tuus potius, quam Fasti: facilius id probari (ut agis) schemmate: quam stemmate. (*de quo infra*.) Quod si ad Serenissimum Augustum Secundum Serenissimi Principis Patrem, Regem Poloniarum recurris! meum etiam ex illo Volo
Vide de hoc Confæderationem anni 1697. opus. Si hic Piastæus erat; ut quid post exclusos assumptus! Si assumptus est ut Extraneus Princeps: Serenissimum Electorem Saxonix quis dubitet male Jagiellonicæ inracinari Venæ. Filius Augusti est, hinc Extranei Patris, Extraneus Filius; Absoluti, Absolutus Princeps & Successor: Qui dum ortu suo, singulis nostris major Piastæis; Offensio est: tam Magnum Principem nobis æqualem velle: Assentator? & Alexandrum Offendisti, & Jovem blasphemasti: desiste.

Ex Utrisque Parentibus Orthodoxæ Fidei.

Habes de hoc supra: præcipue de Orthodoxitate: Sed quoniam novum hoc tibi asseris Inventum: responde! nonne publicum! nonne vestrum! nonne Tuummet! Ita sane: Publicum; quia Totius id Generalis Confœderationis votum: quid amplius! Juratum: Fave tuo ut potes sensui; Libertati; Injuriosum omen; nec visum, nec auditum: primum tamen pro Concordia omnium negaturus; Fabulosus undique es: Perjurio primi bene auditis in Orbem: de hoc infra:

Ad 2dum. Art. 12. Fo. 3. Tudziefsz przy Wolney Krolow y Panow naszym Elekcycy, substancye y zdrowia nasze tozyc przez te konfederacyę naszę przyrzekamy sobie.

Itaque pro Libera Regum & Dominorum Nostrorum Electione, Vitam & Substantias nostras consecranda, hac Concederatione pollicemur abinvicem.

Resp.

Resp. Etiam: Intelligendum ad hæc sane est; hæc pollicitationem Generalem, contra Exoticas aggressiones, usurpationes, se se in Electionem Ingressiones multum opportunam, uti ad præsens vestros ad motus elicitas. Proh pudor! Posteritati grande scandalum aut execratio: Exotæ nobis Imposituri Reges nisi illi malitis esse! exeste pro semper Nobiles Poloni.

Sed præteris, quod sequi debueras: Art. Scilicet 13. F. 3. *Dysmembracycy podczas Elekcyzy aby między sobą nie czynić vinculo sacro Sancto obiecuiemy y obowiązuiemy się etc. Ani Jedna część bez drugiey Pana sobie obierac, y Factione privata narabiaci niema etc.*

Dismembrationem sub tempus Electionis vinculo sacro sancto pollicemur intra nos non faciendam etc. Nec una pars absque altera Regem sibi Electura est; Factioneque privata uti, nulla esto ausura.

Quæ sunt hæc! Confœderatorum auditis nomine; & nostram potiore partem; nullam vultis esse partem! Vestram præponitis probabiliorem, evidentissimis factionibus agitatum; & pars vultis esse melius eligens sine populariori parte omni factione penitus carente! Eja precor! quæ sunt hæc! Particulam vestram, in vobis vultis esse *Partem* licet quidem evidenter Lex ista, magnum Ducatum Lithvaniæ cum Regno Poloniæ intelligit, Partes: non Vos; ubi nec Centena pars Lithvaniæ, nec millena Regni censerit potest.

Declamo consone! Nonne evidentissime violatis (qua vide-mini tueri) Legem! quis dubitet! Dismembrationi fecistis media, & fœdere arridetis; Unum non respondet alteri: aut Confœderatio nulla, aut dismembratio Intempestiva: Vel enim in Campo Electorali, proclamatuos vellem *Niepozwalam* (quod Liberum veto sapit) & Confœderari in eodem Loco! (uti in antea acta Serenissimi Augusti II. Electione contigerat), vel non obliquari dismembrationem in Praga, specie subscripti velatam Manifesti, quod expresse contra utrumque est. Ecce Prothei ut nullam habeatis Figuram, sumitis multas.

Ad

Ad Regem Catholicum, Exercitus suos, ultra Limites Ditionum nostrarum habentem satis est quod supra.

Ibidem Art. 14. Aktoby in scissione nominowal Hostis Patriæ.

Et si quis in Scissione nominaret Regem Hostis Patriæ.
Uti infra.

Evigila! quis quis es; diem dat altus resipiscentium Sopor:
Clarum est in Electionem Serenissimi STANISLAI Regis Poloniæ:
Populum & nobilitatem, millenis apparentem signis: proclamasse
Eum etiam ante nominationem tot Votis in Regem? quinimo de-
siderasse quantotius nominandum. Post Solemnissima Primatia-
lia requisita, altero die, idem populus censuerat: Unum Genero-
sum Kamienscium ex Volhynia, iam in Loco pedestri (alias w
Okopach) qui locus solismet Contradictionibus privilegiatus:
non Praga: dum modo nec ille Campus Equestris in Circuitu
Okopow; Congressu Sessionum deliberationumque explanando-
rum) obstasse acriter: postquam multo temporis spatio acerrimus;
subito & gratiosissime persuasus, a contradictione sua re-
filuerit! Senatam, Equitem, Nobilitatem innumeram, sonora
voce expetisse a Principe Nominationem Regis; eandemque
post trinam (ut moris est) Interrogationem 12. Septembris felici-
ter approbasse consummasse & absolvisse non latet. Hæc una
Contradictio audita in hoc Loco: Pragensium absentia, nec non,
jam deliberate subscriptum ab Illis Manifestum scilicet 4. Sept.
(quilibet eorum non coacte imo alii Suis in Residentiis) non
obesse visa quinimo permittens. *Subsumo*: Plurium etiam ab-
sentiam; non tam paucorum; (dummodo nullam Contradictio-
nis faciant in Campo) *Okopow* (mentionem), nunquam in-
validasse unanimem & popularem plausum. Patent hæc ex sub-
scripto infraque adjuncto manifesto, tum & responsis ab Iisdem.
Secessum Illorum, nihil quidquam moliri, nec velle contrarium,
puriori redditum auræ.

Sed siste contrarians Lingva? In Te semper armatus pro-
cedit

cedit furor: Si Lex in Scissione negat nominandum Regem: quaso! post Electionem *Serenissimi Stanislai Regis* (*concedo Libens quod in Scissione*) poterat ne ab aliquo Nominari alter! Jam potior Reipublicæ in *Serenissimum Stanislauum* secesserit (ut asseris) Scissio: (*patet numerus ex vestrismet in Praga ad Manifestum vestrum 14. Septembris Subscriptionibus quem tamen diu; nam usque ad 5. Octobris tacitum & celatum voluistis*) quis ille tam Audax! præposteram velle præire priori, & nominare alterum Regem mediante Scissione primâ, populariori, & publica? Hostem Patriæ ex his attentatis facile Concludendum hæc audentem & evidentissime contrariam Legi.

Speçtet huc (Licet quidem infra paucis nominabitur idem:) Art. 23. fol. 5.

A Ta Elekcyja trwac ma iako naykrocey, y izezi się przedy nieskonczy, tedy zadną miarą nie ma excedere czasu seymom ordynaryjnym naznaczonego to jest sześciu niedziel.

Et hanc Electionem duraturam fore, quanto brevius, quæ quidem si non poterit expediri quantotius, nullo modo excessuram spatium Comitiis Generalibus privilegiatum; hoc est sex septimanarum.

Collige qui sapis: Intra trium Septimanarum modium (sat Universis desideriiis radiosum) Electio *Serenissimi Stanislai*, feliciter plaufibilterque peracta: Consumatio operis; consumatio temporis: Hæc eadem lex, quæ in Casum tantummodo rerum sexidum permiserat, opus ipso peracto sonanter conformiterq; facto; longius absumpsit stadium. Septimani! ut quid eluistis horas & tempus! Locus vester; nigerrima Posteritati *Morea*: Ohe? risum moveatis amici:

Quantum attinet Exorbitantias, Vestro in manifesto declamatas lucubratasq; quod illis ac si non attentis processum est ulterius: falsum esse per omnia probo: nam uti in Generali

Confederatione seu Convocatione diffimulata: sunt art. 9. fol. 2.
ad Electionis tempus, ita pro satisfaciendis lisdem, eodem in
Loco cautum est illis plurimum, & pro primo per Electionem
Titulo Judicum Generalium Capturalium: quod in ordine Electionis
Porzadek plane ad denuntiationem Electi Regis non torvè legas. Sed quid
na seymie agitas perspicacissimos omni in Genere actus! Rempublicam Ju-
Wanym rium ac Injuriarum suarum Dominam, non licere ne sibi cuncta
Elekcyi diffimulare & permittere, ut majoris autoritas perficeretur
Ordo in Co- quantotius operis? Certum est potuisse eam id facere & velle:
mitiis Ge- omninoq; pro tunc opportuerat id prateriisse, dum vestro im-
neralibus probo conamine Moschovia incubabat prorumpenda: Ecce in
Electionis. Vestris Exorbitantia operibus; quam dum taces, & alias nihil
ad Vos pertinentes commoves; ad convincendum nec diffimu-
landum eas unquam? Tarantelam qua mordeamini applicastis.

Ad 3tium. Art. 14. f. 3. *A Inaczy na zadnego Pana nie
mamy pozwolic, iedno ktoregobysmy przez wolne suffragia nemine
contradicente zgodnie obrali:*

Nec alias ullum permiffuri sumus Dominum, nisi quem
per Libera Suffragia nemine contradicente concorditer elegeri-
mus. Ita sane: superius castigatum habes, quod inferius lau-
das. Parum abest: ut eliciam: sed attende: si calculos ad suf-
fragia velis! facilius credo ex Kamionna (*quod Lapidem significat*)
elaborandos; quam inter Wolam & Varsaviam, antiquum legi-
bus pro Regibus Locum numerandos; quantum Centeni ab uno;
tantum milleni a Tribus. Constat Moschoviam Vestris cumula-
ri numerum. Et ad hæc: contradictio dum supra sopita una; er-
go nulla; si altera quod usque modo Tua, quare illam non op-
posuisti in tempore? Insane? Magicus es; Tuum Tibi obliquas
speculum.

Illos vero viros sapientes Patres Patriæ appellatos: cui
potius & justius affimilem Racosi? Lactavit in his Patria, pro-
priis uberibus Lupulos, & ecce rursus Feræ exivere in Eam:
parcite contrariantes hostiliter? Pharaones vos ad Kamionnam
acriter

acriter obduratos; rubro effusi sanguinis mari sese immergentes non posse taceri? Sanguis hic super vos, & super Filios Vestros.

Ad 4tum. Art. 15. fol. 3. *Inie wprzod J. O. Xiqze Jmsc Prymas, do nominacyi przystapi, az pierwszy po trzykroć spyta, iezeli jest wszystkich zgoda.*

Nec prius Celsissimus Princeps ad nominationem condescensurus, nisi postquam tribus vicibus omnium ad id Ordinum interrogaverit assensum.

Ex Tuomet Puteo, haurio aquam: Venerare Illustrissimum Episcopum Posnaniensem; ut cui debes tuam Cervicem & Genua: Sed verere Jovem semper fulminantem in scelera, suiq; in supportantem adjecti. Libertatis cum resonas *Statorem!* parce equivoco; esse illum verosimili potius Libertinitatis *fartorem?* Acu scilicet facti pungentem viscera Matris; ut *Nero* ferro: (Sed quid dico Matris? *Poppeæ scortum est*).

Jupiter appellatur Scator, per quem aliquando Deus intelligitur.

Colligis profundissimam illi exinde venerationem, quod in Absentia Illustrissimi Episcopi Cujaviensis, functus pseudoprimate dignitate, explerit; nulla virtute, nulla religione, nulla lege, assumptum sibi munus. Quæro colorem Chameleon! Effet ne majus aliquod nominandi Regis genus ad os Cujaviense quam Posnaniense exstante *Primate?* quæ lex, quæ consuetudo Privilegium Cujaviensibus Episcopis datum, fatis Primatum tantum modo, ratum, declinari in Posnanienses posse edocet! quæ Relligio? quis plausus! Expressam habes Legem: *Inie wprzod J. O. Xiqze Jmsc Prymas do nominacyi przystapi etc.* Nec prius Celsissimus Primas ad nominationem condescensurus est etc. Ergo non Episcopus Cujaviensis! longe minus Posnaniensis? Sed Primas? Etecce in hoc Relligionis conscientiarq; argumentum ac Prototypon, Illustrissimus Cujaviensis Episcopus, qui maluit solem justitiæ esse sibi lumen, quam umbellam legis, claram iridem: Quid ad hæc? Serenissimi Augusti II. Electionem, eodem in campo, alia licet via venisse, clam non est? sed tunc veram in eodem loco & tem-

pore legitimis, scissionem nemo non novit? Inde abusus ad minimum liberior & excusabilior; sui inter se agebant cives, nihil quidquam sese referendo ad externos armaq; exotica; secessum vestrum, olim vestimentis ovium circumpectum, palam modo non est; aliam traxisse naturæ formam, non scissionis, sed *Rebellionis*, non Confederationis, sed ex utroque temerarii abusus! *Necromantiam* puto, ex cadaveribus velle aliquid.

Si Cellissimum Primatem tanquam pro non exstante sumitis cæci de sole? ut quid ad arma Generalis Confederationis recurritis, cujus tinnitu Universalium (tanquam ad Amphionis Citharam Thebæ) illa stetit. Si Scissum cum Republica advertit, prout Manifestatione vestra Conventiculari id esse declamanda de hoc sunt, quare hoc ipsum Illustrissimus Episcopus Cujaviensis, & plures fere Senatores quam vos cuncti non respiciunt, neque vident? Si Scissum (dico) cum Republica advertitis? quis ille est? Ut *Subscripciones* (quod supra est) jam in Manifesta priori & tam grandi Scissione, pro nullo characterisatus jure præsumpserit nominare Regem, ad *Libertatem* concipiendo centissimum & Scandalosissimum omni ævo iniquissimæ temeritatis Libitum Tuum, contraq; evidentissimam prohibitionem *Legis*; vide de hoc Art. 14. f. 3.

70.

A iezeliby kto, bądź z Rad tak Duchownych jako y Swieckich, albo Urzednikow koronnych, y WXLitt. & ex privatis personis, wazyl sig nominowac sine unanimi Consensu Ordinum Panna, tedy kazdego takiego pro Hoste Patrie miéc chcemy.

Et si quis ex omnibus Ordinibus Status, tam spiritualium quam sæcularium, vel etiam Officialium Regni & Magni Ducatus Litvaniæ, tum etiam & ex privatis Personis præsumpserit sine unanimi omnium Ordinum Consensu, nominandum Regem, eum pro Hoste Patriæ declarandum volumus.

Vides? ut alta stet nive Candidum Soractem, nec jam sustineat onus. *Horatius* Hostem Patriæ facile concludendum contraria attentantem Legi: Illustrissimus Episcopus Posnanien-
fis

his omni ad hæc attentata privatus lege (quod supra). Ordo etiam status Vestri nullus, nisi disordinis! Arma pro Linguis, Linguas pro armis compositas; Senatus Vester; Generales Pskovii; Equestris Ordo; sub signis Moschovia; Duo Episcopi; Ambo Primates; quid ultra? Scribæ, Sacerdotes, & Pharisei.

Ad 5tum. Art. 18. fol. 4. *Na kazdego Gwałtownika Praw y Wolności naszych, tak dawnych (które wszystkie reasumujemy) iako y na terazniejszey naszej Konfederacyey postanowionych wszyfcy powstaniemy y poki zdrowia, substancyey, y Krwie naszej stanie opponować się będzie my.*

Contra quemvis Violatorem Legum & Libertatum nostrarum, tam antiquarum (quas omnes reasumimus) quam & præsentis nostræ Confederatione sancitarum insurgemus opposituri; nos sumus ad vitæ sanguinis & substantiæ effusionem.

Resp. Etiam: Fremuit Europa, movit nobilitas bilem.

Ibidem. *Nie rozrywając się na części, ani żadney dysmembracyey &c. nieczyniąc.*

Non avellendo sese in Partes nec ullam unquam practururi dismembrationem. Idem subalterne habes quod etiam præterire voluisti: Nunquam per vos ipsos practururi eratis dismembrationem? & tandem cum hac, Fortunarum, legum, & libertatum dismembrationem cum hostibus agitis! Ah Membra putrida, Abjecta, sordida! dum sic sapitis? vere meremini Partes.

Ad 6tum. Art. 23. fol. 5. *A ta Elekeya trwać ma iako naykrocyi &c.*

Et hæc Electio duratura quanto brevius.

De hoc vide supra. Sed quoniam pro Configurato & emenso Tibi tempore, Geometras, & Arithmeticos

conduxisti? præstat ridendo castigare mores, minusq; habilem interrumpere scientiam; Arithmeticos & Geometras, nihil habere ad horas: dies: & septimanas, nisi laboraturos: malæ figuræ es: Concipio tamen; quid inde velis: Unos ex vobis pro hoc tempore, numerandis pecuniis Fiscales! Alteros Pantometris Tormentariis furentes Embadometas, Vistulam trajiciendam operantes: *subsumo* quam maxime: si confœderatio hæc Insolens, esset de natura sui aliquomodo consona; ut quid Eam velle, legitimum Electioni locum, post Elapsas Electionis Serenissimi Stanislai Septimanas? Si ad legitimandam suam illegitimitatem, magni sibi duxerant, sic confœderati apprehendendum solitum Electionibus locum; quare; pro eo melius assequendo, subalternam aliquam conuocationem fecisse nec terminasse memorantur? Quicumque jam dispositus erat nominandum Regem! debuerat habuisse rationem Convocandi, primum & principalissimum omnium à sæculo Electionum Argumentum fundamentumq;! prout ex sopitis jam Anteaكتورum Sæculorum patet revolutionibus. Qui habet aures audiendi, habeat! Ego redeo ad tempus: *Josue* contra Gaabonitas Virtute stitit solem? Vos contra solem Lumini rationi obstitistis: Hæc Lex & Vi Ejusdem, peracta Serenissimi Stanislai legitimissime Electio, Sol omnibus est, vobis Nubes. Meteorum in Cœlo Patrio novum; Dracones caudam suam vorantes.

Ad 7mum. Art. 27. fol. 6. *Mieysce Elekcyey Zwyczajne, między Warszawą a Wolą.*

Locum alias Electioni solitum inter Varfaviam & Wolam.

Satis dixisse, Electionem Serenissimi Stanislai in hoc loco (alias inter Varfaviam & Wolam) perfectam; Vestram ad Kamionnam: De sollenitatibus habe supra & infra: quod vero locus hic (ut asseris) Teste Vistula non permissus? Polonis hic campus Liber, moschis Impervius. *Deum* nec mutis, aeri, locoque permississe pro Exteris commitendum Sacrilegium, religiose notandum? Mordeat homines vivum infernum velle. Com-

Completum itaque id omne habes, stygia præcipue ad Finem Penna, quod punctis articulisq; tuis! invenenate proposuisti. Non est mihi hæc anima; Serenissimum Electorem Saxonix Principem quacunque tangendum spicula; Magni Principes non causant scelera licet quidem ea aliquando in perniciem foveant Authorum; in te verto manus aggressor infide? Flectereque si superos nequeo Acheronta movebo. Si Clypeus ejus videri malis! excipe itaculum:

Exoptas legitime Electum Saxonem! bene concordanterq; est! ad Kamionnam: Liberis suffragiis, nemineq; contradicente? Convenio: Quis enim contradicturus erat ubi eligentes pauci? Nullis obnoxiam vis esse novitatibus Electionem! acquiesco: Hæc ipsa Electio novitas est. Non valere negatum tibi: hanc Electionem non fuisse (ut asseris) ad *MENTEM REIPUBLICÆ* ideo, quia Conscientiosissimi asseclæ Serenissimi *STANISLAI* illi non interfuerint; desideras? Ut quid nostram vis esse nullam, ubi asseclæ perjuriæ malæq; fidei non aderant! Nota proprios Terminos: (*NON FUISSE AD MENTEM REIPUBLICÆ.*) Ergo totam Corporalem Rempublicam in nostra agnoscis; ubi mens Reipublicæ ibi tota Respublica ubi tota Respublica ibi mens Reipublicæ? Constat tuam esse portiunculam ex Art. 20. fol. 4. Tibimet proposito: *Wzywajac do niey wszyskich Rptey Stanow* Exceptis Jure Victis: Convocando ad Eandem Omnes Reipublicæ ordines, exceptis Jure Victis: Dixi: Ubi mens Reipublicæ, ibi in suis Ordinibus Tota Respublica, ubi Tota Respublica; ibi omnes ordines; qui perjurio convicti, ipso facto Jure Victi. Ergo facile debuerant excipi ab Electione tales; nec eorum absentia debet incusare actum, uti ipsius etiam (ad perjurium) passivitate incapacium, quo magis: activitate:

Vana simulacra loqui nescia, apellas Rempublicam Cruente Helluo? Nesciunt male loqui boni, ubi pessimi singultant: Nesciunt mentiri, optimi! cum nec pejerare consueverunt. Et quid. Loqui? nisi de vobis aliquid, malæ Farinæ mali coqui: Per
Artic.

Artic. 15. num. 4. (quem non reperio) ostensum probari Cupis, Eligentes Serenissimum Stanislauum, Hostes Patriæ esse, ideo iplo facto Jure Victos, & Incapaces vetandi adnotas? Certe capacium peccandi hæc abyssus est evertere cuncta pro inversione animi; & everfione cerebri. Monstra articulum pro; seu: contra Serenissimum STANISLAUM in hac Religiosissima Confœderatione aut unum, vel ab infano sapiam.

Sed propero Constricturus Anguillam: Sibilla mordicus; Solem latrante cane serenum semper: Propono, quod positurus eras, viperam in Te? Sis licet Draco.

Art. 17. fol. 4. *Waruiemy to Sobie, y osobliwym sposobem konfederuiemy się wszyscy, sub Fide Honore & Conscientiis nostris, iz Fezeliby ktorykolwiek ex Externis Principibus, lub ex Civibus tey Rptey przez Ligi, & illicita media, in præjudici- um praw, y Wolności naszych, o Wolnych Elekcyach postanowio- nych nobis invitis smiał per Potentiam, na Tron Kogo lub siebie samego wprowadzać, nas samych przez to mieszae. Tedy prze- ciwko kazdemu takiemu, wszystkie studia y siły nasze, obrocie- my, Jeden drugiego nieodstępuiąc, ale poży wtym zwiąskiu naszym nierozdzielni trwać będziemy, poki Rpta przez wolne obranie Pa- na uspokoiiona niebędzie. Na kazdego tedy Gwałtownika praw y wol- nosci naszych, tak dawnych, ktore wszystkie reassumuiemy, ja- ko y na teraznieyszey Konfederacyey postanowionych wszyscy po- wystaniemy,*

Cavemus itaque nobis, singulariterq; Confœderamur omnes, sub fide, honore, conscientiusq; nostris, ut si quis ex Externis Principibus, aut ex Civibus hujusce Reipublicæ, per aliqua fœdera, & illicita media, in Præjudicium Jurium, & libertatum nostrarum, de liberis Electionibus sancitorum, nobis invitis, aliquem, vel semetipsum Throno promovendum, nosq; ipsos per hoc interturbandos vellet, ac præsumperit, contra quemque talem, omnia studia, viresq; nostras versuri sumus, unus alterum non deferendo, sed eousque in eo fœdere indivisi mansuri sumus,

sumus, donec Respublica, per Liberam Electionem totaliter pacata fuerit. In quemque ergo violatorem Jurium & Libertatum nostrarum, tam antiquarum, (quas cunctas & omnes reasumimus,) ut pote & praesenti confederatione sancitorum omnes insimul insurrecturi sumus.

Redi igitur, ad Vomitum quem Epilepticus eructasti. Habes lineas, a quibus deflexisse placuit vestris, ut titubent, aufisseque extrema, ut casu graviore ruant. Fædera: Illicita media: Externorum addictus: (quæ tandem omnia velut in latera Magica in vobis visuntur) distinctissime hac prohibentur lege: insurrectio in violatores: indivisio ad defendendos quosvis exoticos assultus; & societas, praescribitur; alia tamen vobis Regula pro Regulo: Eadem lex Regem eligendum, *NOBIS INVITIS* non vobis (licet quidem toties Invitatis sed quia invitatis declinare nolentibus) serio prohibet & praescribit, alia tamen (dico) vobis Regula pro Regulo: Oh? utinam non nossitis literas mali abecedarii.

Sed recordor transisse me sub *no imo* Scrupulum sublatum per resolutionem Romanam Theologorum a Serenissimo Domino Nostro PAPA CLEMENTE XII. pro nullitate & invaliditate Juramenti, ut pote in praesudicium tertii facti, recentium: fateor praeterisse eundem; sed placuit tam grandem Materiam Sigilli Loço apposuisse Operi.

Horreo, dum hoc aggredior; sed cogor aggredi: spero tamen firmiter, facileq; credo, somnes, cujuscunq; generis Religionisq; id lecturos sensus; (semotò in scandalum risu) unicuique suam decisuros servandam fidem. Antequam paucis respondeam; orbi rem Judicandam propono, ex Instituto & tenore Juramentorum eadem Confederatione actuatorum & quidem *imi* f. 9. Art. 39.

Przysięga Ichmsciow Xiezy Biskupow.

Ja przysięgam etc. Iz na przyszley Elekeyey, Krola wro-

zaniem

Falsum id per omnia uti excogitatum potius, quam Authenticum. SSS. PAPAN nihil huic In-sento allusis. se constat: quod infra, Authores autem de Juramenti in pra-judicium ziti factis illuc tendunt, ubi agitur de successivo Regno non de Libero, servetur hoc pro Anglicanis potius revolusianibus.

zeniem Polaka, tak iako w teraznieyszey Konfederacyey jest opisany, mianowac y obierać będę, ani Primatiale jus (strzeż Boże, gdyby do scyffsyey w Rptej przyiść miało) przez swoją osobną nominacyą Violabo, y przeciwko takiemu, któryby ten swiętobliwy Obowiązek chciał psować, powstanę, y onego za nieprzyaciela Oyczyzny mieć będę: Prakryk zadnych, z Cudzoziemcami czynić nie będę, tak mi Panie Boże dopomoz.

Juramentum Illustrissimorum Episcoporum.

Ego N. Juro etc. quod in Futura Electione, Regem natione Polonum, sic: uti Praesenti Confœderatione est circumscriptus, nominaturus & Electurus sum. Jus Primatiale (si Deus avertat Rempublicam versuram fore ad scissionem aliquam) per particularem meam nominationem non violabo, & contra eum qui aliter huic sacro sancto fœderi attentaturus esset, infargam, pro hosteq; Patriæ habendo eum declarabo, Factiones quasvis, & cointelligentias cum Exteris fugiam: sic me Deus adjuvet etc.

Przyśiega Ichmciw Panow Senatorow,
Ministrow, Posłow, y wszystkich
Stanow Rptej.

Juramentum Illustrissimorum Senatorum;
Ministrorum Regni, Nuntiorum, &
omnium Reipublicæ Ordinum.

*Ja N. przyśiegam etc. Iz na przyszłej Elekcyey, Kroła wrodzeniem Polaka, tak iako w Konfederacyey, teraznieyszey, jest opisany, mianowac y obierać będę. Prakryk zadnych in Favorem
Cud-*

10

*Cudzoziemca (owfzem go ekskludując) ku ubliżeniu wolney Ele-
kcyey Polaka czynić nie będę, y przeciwko takiemu, któryby ten
świętobliwy obowiązek chciał pśować, powstańę y onego za
nieprzyjaciela Oyczyzny mieć będę. Tak mi P. Boze dopomoz etc.*

Ego N. juro &c. quod in Futura electione Regem natione Polonum, sic, uti praesenti Confœderatione circumscriptus est Nominaturus & Electurus sum: Factionibus ullis in favorem Exteri, (quinimo Eum penitus excludendo) in praesudicium liberæ Poloni Electionis machinantibus non adhærebo, contraque eum qui hocce sacrosanctum fœdus, violari velit! insurgam: Hostemque eum Patriæ declarabo: Sic me Deus adjuvet &c.

Proh Polone candor? Ebur illud Tuum Lilialis quondam animi; ecce detestando quorundam spurcatur luto. Quo illa Exterorum Invidia! Polonos olim, Verbo, & armis stabiles, nunc quosdam eorum, Deo, Cælo, & mundo, instabiles, detestabiles, execrabiles: Ut alia præteream: recentissima revolve. Pro Exclusionem Piastæ, verbo sibi nuper prædixerant Poloni, & ecce Serenissimus *Augustus 2dus* fato functus, Princeps exterus, mox in Throno apparuit: nullus Piastorum, etiam pro tunc exoticæ manutentionis sufficiens & securus (quis quis ille sit) ausus est aut aliquomodo præsumperat per diversionem avellendorum quorundam faciendam vel minimam rationabiliter vel irrationabiliter rescissionem; etiamsi Polona ad Thronum aspiratio semper debuisset esse potior Piastæ; Hic expresse juravimus pro Exclusionem exoticam; Deum tamen (non dico Religiosum statum) ausi sunt temere fallere Impii. Expressum est palpabiliter pro Episcopis, non usurpandam sibi Primatiale Authoritatem, præcipue hoc puncto Juramenti) *quod si Respublica aliquomodo ad seissionem diversura: Jus Primatiale non violabo* Pastores tamen videntes Lupos eorundem sibi auscultant formam: Proh iterum Polone candor? Actum est de Libertate, ubi de Religione: Libertas hæc scelerum est. *Luc.*

Resolutionem Romanam pro Juramento, uti in præjudicium

cium tertii facti, extractam proponis? Vide de hac explanationem contra eandem Art. septem definitam: Nolo Theologus esse, neque ad Bullam Sixti PAPÆ, me reduco: mihi scopus est; aut bonam illam esse, aut malam: si bonam: quare Fratricidæ! sub tempus Congregatæ totius Reipublicæ, eandem oculis non præposuistis Eorundem? decerneret forte Respublica aut grates Illusterrimo Nuntio, pro tunc in eodem peroranti Campo, quod Sanctissimæ sedis id votum esset; aut vellet explanandam toties: aut ad ultimum: his sibi præpositis, pro non offiendenda sua libertate conscientiæ, cum libertate libertatis, potuisset uti Domina Jurium & libertatum suarum cogitasse aliquid de mediis conciliandi utrorumque; interim forte suspendendam decisura Electionem, & sic aliquomodo præludere aut (si ita fas loqui est) adulari, libertinitati vestræ videretur, quæ tandem adhuc faucia curæ cæcos voluit judicare de coloribus: quid ad hæc? non oculis tantummodo, sed sensibus capti serpentes Talpæ.

Sed credo; ad firmandam hanc resolutionem, non erat Schisma; hostiles pro tunc non aderant Copiæ, quibus pro hac sustinenda turpes consecratis Genustexiones, infames Cultus nefandi Idololatræ; Jurati simul in Patriam Hostes, Ejurandi pro semper Patriotæ.

Deinde: quod sit in præjudicium Tertii factum Juramentum; Edoce? Quis concurrentium ad Thronum erat primus? quis Secundus? ut Serenissimus Elector omnino sit Tertius? quare non alius alter? Unus Polonus erat pro omnium votis, omnes Poloni, pro uno pari; cur ad minimum in vobis non erat equalis? Sed placuit forte oleum ex Saxo durissimo: O Duri? dure peccastis.

Magna estis ausi; Sanctissimam quasi decipi sedem; eadem est quæ DEO non servata fides: eadem utraq; malefida; Peccata status contra vos semper. Sed quid ad hæc? Dum Sanctissimus Papa Clemens XII. postquam receperit notitiam de rite, juste, & religiose Electo Serenissimo STANISLAO; Eundem
per

per agnitionem suam, in Filium Orthodoxum accepit. Testantur id Littera, & Expeditiones Romanæ ad Illustrissimum Nuntium, quæ tamen in parte subito suppressæ sunt; Testantur id ipsum & repicta jussu ejusdem SANCTISSIMI PAPÆ Serenissimi STANISLAI in Basilzam Polonam Arma, ad nigros Albanos candidiora Colores; testabitur mox hocce idem, & futura proxima ab eodem Sanctissimo Papa in temere Intentionatum Coronandi abusum pro Episcopis Inhibitio! si ex his præmissis, SANCTISSIMUS PAPA, agnovit Regem pro Rege, suscepturus eundem in finem sui; nonne hac agnitione, etiam justam suam resolutionem, uti supplantative, & ad falsas toto Cælo Informationes extractam, actu & in dubitate, sublevat, revocat, & nullam esse censet? Aspice! ut *aratra jugo rescrunt suspensa Juvenci*. Virg. In hos idem refilit onus, qui eo in vanum laboravere: Vere Juvenci: juxta illud. Homo cum in honore esset non intellexit, similis jumentis Insipientibus: *Omnes hos vos dico, quas paucas scio*.


Sed quid furdis plectra? mutilis violæ? mæstomacum mæstomaci me fore dicent: His ego cano, quibus non Ulißæ aures; mens sana. Vide Orbis, Judica Europa; Rationes illas ad fumum non ignem coctas, propius justiori admotas calori, melius fervere & concoqui in Veritatis Cibum. Minime illis pastus, famem adhuc extinclurus propero, Jejunus undique. Ad satiandum itaque stomachum, jam motum in hæc toties, paucis me referam ad Tabellam Episcopalis & Senatorii Juramenti, & quod tripliciter vacuum violatumq; est, brevibus digero. 1mo. ut SENATORIUM, ex ante post: QUIDQUID NOCIVI SCIVERO REIPUBLICÆ, AVERTAM: Jam illud nocivum evidenter non aversum, sed cointellectum & præmeditate conductum cum hostilitate: patet hoc ex tot Literis, & etiam ex Universalibus Hostilibus. 2do. Ut NOBILE ex objecto defigurato: REGEM NATIONE POLONUM ELIGAM cui palam factum est contrarium. 3tio. Ut EPISCOPALE, ex proposito conjurato. JUS PRIMATIALE NON VIOLABO: Ecce omnium ausus, & infamis abusus: Adeste Furæ? Centuriam hanc, quis non credet Vobis consobrnam esse.


Quantum adhuc ad Jagiellonicas venas, pridem extinctas in Exteris? placuit semper Libertati Polonæ nullum pro Throno, etiam directi sanguinis unquam habuisse respectum. Notant hoc omnes ejusdem Libertatis actus; Monstrantur Jagiellonicæ Domus in Polonia decora Lineæq; aliquando sumpta, aliquando præmissa; Certe extra Sphæram Patriæ, magnus ille hujus sanguinis abusus, aut affectatio, tanquam aliter magni Principes, non essent pro Polonia magni. Si verò Indigenatu se se tuentes Lex exclusit sumendos in Regem; quanto magis Exotas junctos tantum cum Polono sanguine, nihil habentes ex eo ad nationalitatem veram; alias ut sic: *Cæsares*. Reges Galliæ, Electores Bavariz, Electores Palatini Rheni & his similes, semper & in ævum pares habituri prætextus, hoc adinvento & excogitato exemplo. Suscipimus aliquando sine hoc prodromo Exoticos Principes, sed perennaturos non patimur; eligimus eos; dum non ejuramus; ecce omnis collateralitas sanguinis etiam documentalissima nihil Vobis proficit nec efficit? Si placet quæ garris! *Moves Cornicula risum furtivis nudata coloribus.*

Sisto itaque quod proposui; Crudelis in Patriam Filii, si Ille aliquando fueras; nomen ad præsens Ingenui meritis Spurii. De Religiosissima *Serenissimi STANISLAI* Electione, nec magna, nec pauca, sed brevia, quia jam supra distinctissima. Ille de Illa recte loqui nequit! cui oblique *Gingiva*, aut Lingua retro. De Solennitatibus & Curis Celsissimi Primatis, parva hæc Tabula, ut depingat; actus illus Orbis jam novit: & supra sunt: sed præstat te velle regredi ad omnes actus publicos, manifestumq; Ejusdem sub actu 17. Mensis Octobris anno præsentis Gedani actum? Ego appellatus a Te, *Convertor ad Dominum*: uti depingis Principem benignum: *declamas claudinaliter*: quod sit *omni Clementior avo!* colligo; tanquam si antea actum diceres *ævum*. Verum est: *hac me vestigia terrent*. Bene: quod Filius Patris,

12
Patris, non portet iniquitates! sed semper mihi Exterus, semel
Efuratus. Parcat Conscientiæ, dum Catholicus; parcat vero Po-
lono, dum absolutus Princeps. Vestram indubitatam fidem;
quis non videat contra Fidem? Polonos fideles quis vos credat ad
Exotam? certe jam pridem extinctos, nisi Clementia Serenissimi
STANISLAI Electi legitime Regis Poloniæ alia vellet Re-
gnandi exordia. Nulla etiam usque adeo Illi vindicandi anima,
semper clemens; præcurre! si facti vis esse innocens. Unam mi-
hi animam, unum mihi Cor, jurejurando obstrinxisse, Regem
Polonum adoratura: Posco Zoile! Justiore & sanctiore in me
recollige plausum, redi ad mentem; mecumq; in *Serenissimo*
STANISLAO PRIMO Poloniarum Rege & M. D. L. vero ex u-
trisque Parentibus Poloniæ aquilæ Pullo sanctissime electo protinus
& probè exclama:

VIVAT semper Lechicum Genus
Pereant Degeneres.





Biblioteka Jagiellońska



stdr0024483

